

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Speculum Quaestionum moralium, in universam
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. II. - An summum bonum per additionem alterius boni fiat melius?

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

ORALIUM
hendit. Nat
summum mi
voluptate ne
deat. Quis
ptatem o*loqu*
el, si factu
apis impedi
s ingenua
ernone com
i vera su*re* i*mp*
d intellige*re*
n plu*m*in*u*
en videtur m*u*
uo*de*bas
e quidam.
an*o*
s part*u*li,
etate nec nec
pus affectum libe
que*st*,
ructus, de*co*ven
on resp*on*sabilit*u*
ur ratio et quidam
se*u*am f*u*er*u*
ex*u*it*u*. At*q* u*o*
are
, & sic con*u*er
m se*u*e*u*it*u*
ent, quod*u*it*u*
0

QVAESTION. LIB. X. 604

Opp. contra primam quæstionem.

Multa, ut oratio, sensus, affectus e*què latè* patent in
vit*a humana*: ergo voluptas quæ se*p*e dolore tollitur la
tissimè non patet.

Resp.

Latissimè patere dicitur non quod non aliquā do mi
nu*re*ur, sed quod inter affectus naturales ea vna est quā
ipsa maximè natura sequitur.

Opp. contra secundam.

Verum & falsum à rebus que sunt in oratione depē
dent, ut docet philosophus in antepredicamentis: ergo
non à vita ut hoc loco docetur.

Resp.

Paret solutio huius argumenti in distinctione, si dili
gentius expendatur.

CAP. II.

*In summum bonum per additionem alterius
boni fiat melius?*

EV D O X V S vir quidem præstanti &
singulare temperantia voluptatem
summum bonum (ut hic ait Arist.) con
stituit, suamque opinionem quatuor syl
logismis sic confirmauit. Quicquid o
mnia appetunt, id ipsum est summū bo
num: sed omnia voluptatem appetunt:
ergo voluptas est summū bonū. Præterea

Eudoxi rati
nes pro volu
ptate, nempe
quod sit sum
mum bonū.

Ss 2 id

id summum bonū est in quo omnia qui-
escūt: sed omnia quiescunt in voluptate:
ergo illa est summum bonum. Adhuc
quicquid opponitur dolori, quod est sum-
mum malū, id ipsum est summū bonum:
sed voluptas opponitur dolori, quod est
summum malum: ergo voluptas est sum-
mum bonum. Postremò quicquid perfe-
ctum bonū & excellentius reddit per sui
additionē, id ipsum est summum bonū:
sed voluptas perfectum bonum excellē-
tius reddit per sui additionē; ergo est sum-
mum bonum. Hic introducit Arist. Pla-
tonem vires istarum ratiocinationum e-
neruantem. Sed quoniam copiosius de
iisdem in septimo libro disputauerim, le-
ctorum diutius in hac quæstione nō mos-
rabor. Vnū tamen est in hoc textu quod
Eudoxus asserit & Plato negat, nimis
summum bonum per additionem alte-
rius boni melius fieri. Eudoxus vt probet
voluptatem suam esse summum bonum
hanc intruit sententiam, quod quicquid
faciat tale illud ipsum est magis tale: sed
voluptas in omni gradu facit bonum: er-
go voluptas est magis bonum. Hæc ratio-

per

per Platonem inuertitur ab exemplo,
quia prudentia est magis expertenda
quam voluptas, etiam si cum prudentia Aristoteles
illa quidem sit copulata. Videas hinc Ari- ne Platoni
stot. ludentem cum umbra præceptoris cedat, cum
sui: nam potius quam Platoni cederet Eudoxo pa-
hoc loco Eudoxi sententiam & parado- radoxum af-
xum aliqua ex parte defendet. Siquidem firmitat.

Melius fit bonū duobus modis, aut

{ Essentialiter, accessione alterius interni boni: & sic sumnum bonum melius non fit, quia est omnium ultimum & perfectissimum.
Contingēter, additione alterius externi boni: & sic sumnum bonum melius, id est ornatus & splendidius redditur per accessionē voluptatis & fortunæ.

Opp.

In primo, secundo, tertio, & septimo libro multæ e-
git philosophus de voluptate: ergo otiosa videtur nunc
alia de illa institui disputatio.

Resp.

In primo probat Aristot. quod nō sit felicitas actiua,
quia est communis hominib. cum bellus. In secundo pro-

ss 3 bat

bat quod sit commune obiectum virtutum, in cuius moderatione versantur omnes virtutes. In tertio materia temperante esse ostendit. In septimo ad continentiam & incontinentiam comparat. In hoc deniq; ad contemplationem metu necessaria esse concludit. Non est ergo otiosa eiusdem in tot libris tractatio, cum in singulis locis tractatus habetur distinctio.

Opp.

Si addas prudentie in Socrate sapientiam, bonum illud prudentia essentialiter sit melius: ergo accessione alterius boni bonum melius sit.

Resp.

Summo bono Hecratio non concludit propositum. Nam queritur, no ad existen- An summum bonum additione melius fiat? quod negati-
tiam multa, tur ideo quia est summum, cui ad existentiam multa,
ad essentiam ad essentiam vero nulla addi possunt ut fiat melius.
nulla addi possunt.

C A P. I I I.

Verum voluptas sit motus?

*An dolor sit indigentia eius quod est secun-
dum naturam;*

An voluptas sit expletio eiusdem?

An voluptas obscena sit delectabilis per se?

An voluptates specie differant?

MI R A R I S fortasse & non iniuria, cum videas ex uno eodemq; cap. tot questiones moueri: scrupulus autem hic